Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



PALIPO

Ex omni parte me angustiae premunt sed melius michi est ut incidam in manus domini quia multe sunt miserationes eius quam in manus hominum. Misit ergo dominus pestilentiam in israel et ceciderunt de israel lxx milia virorum. Misit quoque angelum ut praeiret israelem. Cumque praeiret vidit dominus et misericordiae est super magnitudinem mali et imperavit angelo qui percutiebat. Sufficit iam cesset manus tua. Porro angelus domini stabat iuxta aream ornan iebusei. Levansque david oculos suos vidit angelum domini stantem inter celum et terram et evaginatum gladium eius in manu eius versum contra hierusalem et ceciderunt tam ipse quam maiores natu vestiti cilicio prone in terram.

XXI

Dixit quoque david ad deum. Sum ego cum qui missi ut numerarentur plus ego sum qui peccavi ego sum qui malum feci. iste grex quid meruit. Domine deus meus revertatur obsecro manus tua in me et in domum patris mei. plus autem tuus non percutiatur angelus autem domini praecepit gad ut diceret ad david. ut ascenderet erigeretque altare domino deo in aream ornan iebusei. Ascendit ergo david iuxta sermonem gad quem locutus ei fuerat ex nomine domini porro ornan cum suspexisset et vidisset angelum quatuor quoque filii eius absconderunt se. Iam eo tempore terebat ornan triticum. Igitur cum venisset david ad ornan conspexit eum ornan et processit ei obviam de area et adoravit eum pronus in terram. Dixit quoque ei david. Da michi locum areae tuae ut edificem in ea altare domino ita ut quantum valet accipias argenti et cesset plaga a populo. Dixit autem ornan ad david. tolle et faciat dominus meus rex quodcumque ei placet. sed et boves do in holocaustum. et tribulas in lignum et triticum in sacrificium omnia libens praebeo. dixit quoque ei rex david. Sed quaqui ita fiet. sed argentum tantum dabo quantum valet. neque enim tibi auferre debeo et sic offerre domino holocaustum gratuitum. Dedit ergo david ornan pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos et edificavit ibi altare domino. obtulitque holocausta et pacifica et invocavit eum et exaudivit eum in igne de celo super altare holocausti. Praecepit quoque dominus angelo et convertit gladium suum in vaginam. Protinus ergo david videns quod exaudisset eum dominus in area ornan iebusei immolavit ibi victimas. Tabernaculum autem domini quod fecerat moyses in deserto et altare holocaustorum per hanc tempestate erat in excelso gabaon et praevalebat david ire ad altare ut ibi obsecraret deum. Timuit enim fuerat fiore